

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Oratio Lvcii Valerij Tribuni plebis pro Mulieribus contra legem Oppiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

*Mulierum luxus.*  
bro de disciplina & habitu Virginum, ubi hec  
inter catena. Ornamenta, ac vestium insignia,  
& lenocinia formarum, non nisi profluitis,  
& impudicis feminis congruant, & nullum  
ferè pretiosior cultus est, quam quarum  
pudos viles est.

VII. Iam pland agit Philosophum Stoicum, cō-  
tra luxum civita. is grauius inuestus. Duo mor-  
boreipub. curandi sunt (inquit) Avarit. a. &  
luxuria, qui in hac mulierum petitione pro-  
dunt, sed precipue, saevo armis,

Luxuria incubuit, vixtumque vlciscitur  
orbem.

Et is luxus etiam in statu auro, argento, quā  
fi ut antefixa scilicet Deo-um Romanorum ri-  
deantur, erant autem antefixa, quae ex opere si-  
gulino testis affigebantur, ubi stillicidio.

VIII. Huic luxus in tempestantia remedium op-  
ponit moderationem antiquarum matronarum,  
*Exe nulla in respudiens domi, quibus nulla lex fuit, cum  
ubi nulla nulla esset cupiditas. Varr. l. 11. de vita P. R.  
et cupiditas.* de quo mulierum Romanarum veterum victu-  
& moribus ex Catone Gellius noct. Attic. lib. 10  
cap. 23.

Postquam obt. ita huc moderatione nata sunt  
cupiditates, tum condi leges coepiunt, ut lex Li-  
cini de moderatione agrorum, Cincio de mu-  
nib[us] illius in mint. Liu. l. 6. & 7. Huius Cor-  
nel. Tacit. lib. 13 Patres legem Cinciam fla-  
gitant, qua cauerit antiquitus, ne quis ob-  
causam orandam pecuniam, donumve acci-  
piat.

IX Cupiditatem istam non modo ambitiosam  
ostendit, sed orationis expertem. Neque enim  
causam habet villam indignatione, aut pudoris  
hac perito, cum lex aqua sit omnibus. Hinc sol-  
licitissimè cupiditatis istius fontem indagat, do-  
lent scilicet, diuines, quod paupertas aliarum  
sub hac lege latecat, *Et qui hoc vanitas est no-*  
*ferenda.*

X. Perorat charactere orationis valde morato,  
& ad formam ἀληθινού λόγου ubi ostendit;  
Malum conseq[ue]ns ex ornamento[rum] concessio-  
ne viris, & mulieribus importunum. Tum gra-  
uiter monet, ne luxuriam legis seueritate con-  
friat, soluis demum vinculis, quasi bestiam  
deinceps in funis ciuitatis emitant. Eandem  
comparationem habet Cicero 4.

*ad Herenn. sed la-  
xiorem.*

ORATIO LVCII VALE-  
RII Tribuni plebis pro Mulieribus  
contra legem Oppiam.

Inuentio. Relegit Catonis Argumenta. Di-  
sposito est prudens, & facilis. Eloquio  
diuina, elegans, urbana, quæ felicis im-  
genij lumen satis indicat.

*Mulierum defensa.*  
Si priuati tantummodo ad tuadendum, dis-  
siudendumque id, quod à nobis rogatu-  
pro utraque parte existimarem, tacitus suf-  
fragia vestra expectarem. Nunc quum vir  
grauissimus consul M. Porcius nou. Autbar-  
tare solum, quæ tacita satis momenti habuisse. Canticum  
sed oratione etiam longa, & accurata in se. Horum  
status sit rogationem nostram, necesse est  
paucis respondere. Qui tamen plura verba  
in caligandis matronis, quam in rogatione  
nostra dissuadenda consumpsit, & quidem  
ut in dubio poneret, utrum id quod reprehenderet,  
matronæ sua sponte, an nobis authori-  
bus fecissent.

Rem defendam, non nos, in quos iecit ma-  
gis hæc Consul verbo tenus, quām ut re in-  
simularet. Cœcum, & seditiones, & interdum  
secessionem muliebrem appellavit. Quod  
matronæ in publico vos rogassent, ut legem  
in se latam per bellum temporibus duris, in  
pace, & florente, ac beata republica abrogare-  
tis. Verba magna, quæ rei augendæ causa cas-  
quiuntur, & hæc, & alia esse scio, & M. Cato-  
nem oratorem non solum grauem, sed inter-  
dum etiam trucem esse scimus omnes, quum  
ingenio sit mitis. Nam quid tandem noui-  
matronæ fecerint, quod frequentes in causa  
ad se pertinent, in publicum processerunt?  
Nunquam ante hoc tempus in publicoappa-  
ruerunt: Tuas aduersus te origines revolu-  
lam: accipe quoties id fecerint, & quidem  
bono semper publico. Iam à principio re-  
gnante Romulo, quum Capitolio à Sabinis *Mulierum*  
capto, medio in foro signis collatis dimicatur,  
nonne intercurru matronarum inter les-  
acie duas prælium sedatum est? Quid? Re-  
gibus exactis, cum Coriolano Martio du-  
ce legiones Volscorum castra ad quintum  
lapidem.

*Murilius  
beatus  
in Remp.*

Iapidem posuissent, nonne id agmen, quod obruta hæc vrbis esset, matronæ auerterunt? Iam vrbē capta à Gallis, aurum, quo vrbis redempta est, nempe matrona consensu omnium in publicum contulerunt? Proximo bello (ne antiqua repeatam) nonne, & cùm pecunia opus fuit, viduarum pecuniae adiuvauerunt ætarium? & quum Dijs quoque noui ad opem ferendam dubijs rebus accerferetur, matronæ vniuersæ ad mare profectæ sunt, ad matrem Ideam accipiendoam: Difflimiles, inquit, causa sunt. Nec mihi causas æquare propositum est: nihil noui factum purgare satis est. Cæserum, quod in rebus ad omnes pariter viros, fœminasque pertinentibus, fecisse eas nemo miratus est, in causas propriæ ad ipsas pertinente miramus fecisse: quid autem fecerunt?

Superbas medius fidius aures habemus, si, quum domini sexuorum non fastidiant preses, nos rogari ab honestis fœminis indignamur. Venio nunc ad id, de quo agitur, in quo duplex Consulis oratio fuit. Nā, & legem v̄lā omnino abrogari est indignatus, & eam præcipue legem, quæ luxurie muliebris, coercedæ causa lata est. Et illa communis pro legibus visa consularis oratio est, & hæc aduersus luxuriam seuerissimis moribus couenienter.

Ita que periculum est, nisi quid in vtraque vani sit, docuerint te, ne quis error vobis offendatur. Ego enim quemadmodum ex ijs legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetua utilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quam, aut v̄sus coaguit, aut status aliquis reipublicæ inuitilem fecit, sic quas tempora aliqua desiderarunt leges mortales, ut ita dicam, & temporibus ipsis mutabiles esse video. Quæ in pace late sunt, plerunque bellum abrogat, quæ in bello, pax, ut in nauis administratio, alia in secunda, alia in aduersa tempestate v̄si sunt. Hæc quum ita natura distincta sint, ex vtro tandem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus?

An vetus regia lex simil cum ipsa v̄be statu: an (quod secundum est) à Decemviris ad condenda iura creatis in duodecim tabulis scripta? sine qua cum maiores nostri nos existimat, matronale decus seruari posse: nobis quoque verendum sit, ne cum capudorem, sanctitatemque fœminarum abrogemus? Quis igitur nescit, nouam istam legem esse Q. Fabio, & Tito Sempronio Consulibus: vi-

ginti annis ante latam: sine qua, quum per tot annos matronæ optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abrogata cā effundantur ad luxuriam, periculum est? Nam si ista lex ideo latâ est, vt finire libdinem muliebrem, verendum forer, ne abrogata incitaret. Cur sit aut lata, ipsum indicavit tempus. Annibal in Italia erat victor ad Cannas: iam Tarentum, iam Arpos, iam Capuam habebat, ad vrbem Romam admoturus exercitum videbatur: defecerant socij: non milites in supplementum, non socios nauales ad classem tuendam, non pecuniam in ætario habebamus: serui quibus armis darentur, ita vi pretium pro illis bello perfecto dominis solueretur, emebantur.

In eandem diem, frumentum, & cetera, que bellū v̄s postulabant, præbenda, publicani, se conducturos profeci erant: seruos ad remum numero ex censu constituto, cum stipendio nostro dabamus. Aurum, & argentum omne à Senatoribus eius rei initio orto, in publicum conferebamus, viduae, & pupilli pecunias suas in ætarium deferebant: cautum erat, quid ne plus auti, & argenti facti, quid ne plus signati argenti, & æris domi habemus.

Tali eo tempore in luxuria, & ornatu matronæ occupatae erant, ut ad eam coereendas lex Oppia desiderata sit. Quam quia Cereris Cereris *cas* sacrificium lugentibus omnibus matronis *crux* intermissum erat, Senatus finiti luctum triginta diebus iussit. Cui non apparet, inopiam, & miseriā ciuitatis, & quia omnium priuatorum pecuniae in v̄sum publicum vertendæ erant, istam lege scripsisse, tandem mansutam, quandiu causa scribendæ legis mässiter? Nam si quæ tunc temporis causa, aut decreuit Senatus, aut populus iussit, in perpetuum seruari oportet: cur pecunias reddimus priuatis? cur publica præsenti pecunia locamus? cur serui, qui militant, non emuntur? cur priuati non dabitur remiges? sicut tunc dedimus? Omnes alij ordines, omnes homines mutationem in meliorem statum recipublibe sentient, ad coniuges tantum nostras pacis, & tranquillitatipublicæ fructus nō perueniet? Purpura v̄zi v̄temur, prætextati in magistris, in fæderotibus: liberi nostri prætextis *purpura* *fus*. purpura togis v̄tentur: magistratibus in colonijs, municipijsque, hic Romæ infimo genere *purpura* magistris vicorum prætexte habendæ ius permittemus: nec id ut vniu' solum habent tan-

Q. 660 5. sum

*Leges pro  
tempore  
mutabilis.*

tum insigne, sed etiam ut cum eo clementur mortui, scemini duntaxat purpuram usi interdicimus? Et quum tibi viro liceat purpura in ueste stragula vti, matrem familias tuas, purpureum amiculum habere non sines: & eque tuus speciosus instratus erit, quam uxor vestita? Sed in purpura, quae teritur, absumentur, non iustum quidem, sed aliquam tamen causam tenacitatis video: in auro vero, in quo praefer manupretium nihil intertrimenti fit, quae malignitas est? prae sidium potius in eo est, & ad publicos, & ad priuatos usus, sicuti experti estis. Nullam emulacionem inter se singularum, quando nulla haberet, esse aiebat. At hercule vniuersis dolor, & indignatio est, quum sociorum Latini nominis vxoribus vident ea concessa ornamenta, quae sibi adempta sint: quum insignes eas esse auro, & purpura: quum illas vehi per urbem, se pedibus sequi: tanquam in illarum ciuitatibus non in sua imperium sit.

Virorum hoc animos vulnerare posset: quid mulierularum censeris, quas etiam parua mouent? non magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona, aut spolia bellica ijs contingere possunt: mundiciae, ornatus, & cultus, haec femininarum insignia sunt, his gaudent, & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarent maiores nostri.

Quid aliud in luctu, quam purpuram, atque aurum deponunt? quid quum cluxerint, sumunt? quid in gratulationibus, supplicationibusque, nisi excellentiorem ornatum adjiciunt. Scilicet, si legem Oppiam abrogaueritis, non vestri arbitrij erit, si quid eius vetare volueritis, quod nunc lex vetat, minus filiae, vixores, sorores etiam quibusdam in manu erunt. Nunquam saluis suis exiuit seruitus muliebris, & ipsis libertatem, quam viduitas, & orbitas facit, detestantur. In vestro arbitrio suum ornatum, quam in legis malunt esse, & vos in manu, & tutela, non in seruitio debetis habere eas, & malle patres vos, aut viros, quam dominos dici. Inuidiosis nominibus vrebatur modo Consul, seditionem muliebrem, & secessiōnē appellando. Id enim periculum est, ne sacrum montem, sicut quoddam irata plebs, aut Auentinum capiant. Parendum huic infirmitati est, quocunque vos censueritis.

*Quo plus potestū moderatius imperio vti debetis.*

*Potestas  
moderanda.*

## OECONOMIA orationis.

### I. Exordium à persona aduersarij, & propositio dicendorum.

II. Refellit primum, quod Cato de cœtu, & seditione mulierum dixerat: qui ut nimis atrociter, & extrarem dicta, urbano risu diluit, Catinem virum mitem, & trucem oratore appellans, non esse autem nouum mulierum cœtu fieri, qui alias tanto reipub. emolumen fuerit celebratus, vel ex ipsis Catonis originibus ostendit. Affert porro vulgatissima exempla Sabiarum, Marcia, & ceterarum matronarum, in dubijs, & formidolosis respublica temporibus, ut bello Gallico, & Panico egregie nauata operam non modo in pacandis discordijs, & in arario suo censu sustentando, sed in religionibus, ceremonijs procurandis, quo in pie: artis officio ceteris sepor prælucere. Tum per præoccupacionem concludit hunc locum, si alias, inquit, visiter pro aliis conveniunt, cur non in sua causa? Hoc quidem eis denegare, superba arrogancia est, cum & seruorum preces à dominis audiantur.

III. Post diuisam ad maiorem lucem distributionis, Catonis orationem, primum agit contradicendum, quod dixit de non abrogandis legibus, & ostensis aliquas pro temporibus utiliter abrogari. Sicut in nauis administratione, alia in secunda, alia in aduersa temestate usui sunt.

IV. Ad legem Oppiam singularem descendit, cuius non esse eam authoritatem probat, ut eterna seruari debeat, quod euincit maximè à tempore, & occasione legis, ipsiusq; legislatoris consilio. Lata est in atrocis belli Panici tempestate, non ad coercendum mulierum luxum, sed ad reip. subfundum. Nunc autem deterga huius temporis fuligine, res ipsa aliud suadet.

Quod autem dixit de Cereris sacrificio, lugentibus matronis omnibus intermisso, hoc & alii meminere, à matronis quippe minimè atratu, quod post Cannensem cladem non inueniebantur celebrari oportebat: Itaque senatum finiri luctum 30. diebus iussis. Vide Cato. Var. Lect. lib. 2. t. 21.

V. A pari ostendit legem temporariam fuisse, cùd cetera eius temporis sint antiquatae. Sole mulieres, quod perse durum est, huius paci fructum non sentiunt.

VI. Argu-

VI. Argumentatur à natura rati. & ipso usu  
per partem, quae solet esse mulier communis, nam &  
puero, & magistris vicorum, non modo viris, sed  
& mortuis cōceditur, quia isto equis ipsi, in quo  
per misericordiam tuum purpura degenerat in extenua  
are, verum obsecrare animaduertit tandem siisse  
Purpura illa semper magna & illustre fortuna nota. Maxi-  
lustris for-  
mē vero sub imperatorib[us], quorū lata etiam le-  
tuna nota.  
ges existant̄ ὅσε μῆτρα μῆτρες ἀλλογόνη τι μέτρο  
Liges de ea. οὐλού γε τέσσαρα, quod Leo tamen constitutione  
80 permisit. Augustiss ip[s]a non pariebant, nisi in  
purpura, sive quod indicare viatur Thesistius  
cras. & Ad Valentianum, de purpureis σπεργά-  
vois intelligitur, sive de cubiculo πορφύρᾳ, de quo  
Anna Comitissa lib. 6. ἀφεροτελέων τοῦτον τιχ-  
τόσας τὸ βασικῶν οἰκημα πεφύραν ὀν-  
μάζεται.

VII. Animaduerte in eo hominis artificium,  
qui aaroni grauem, & seriam contra uxum or-  
ationem perpetuam feceris, infringere conatur. In-  
dignum est equos (inquit) in usum purpura ma-  
tronas præcodere, qui non modo purpura inflati,  
sed gemmis quoque crecente laxu ornati sunt.  
Equi gem-  
mae ornati:  
Equi radiantibus gemmis ornati antecedeban-  
t Sidon. Apollin. ep. 20. l. 4 Dehinc calide ad  
usum auri delabuntur. Esto usum purpura tena-  
citas maritorum negabit, quia absumitur. At  
in auro nihil interirement, sed solū manupre-  
tium, sed merces pro opera manus.

VIII. Refellit, quod postremū dixerat nullā de-  
bere esse querimonsam, quod omnes in eo essent a-  
quales. Imo (inquit) inde omnium iusta indigna-  
ti oest, quod videant ea sibi Roma in luce terrarum  
ere, & ornamenti, quibus Latina liberè fru-  
untur, & hanc ignominiam grauius ferunt, quod  
afficitur magis hic sexus sit obnoxius.

Tunc exēra φίσις πολὺ τῷ πόδει ἀλισχο-  
μίκ (inquit) fidorus P[ro]l[oc]utor ep. 1. 6. ex eo.

Pugnat cum motu pro mundo mulierum, quod  
hoc uno, & proprio sui sexus solat, & densus sint  
orbata.

IX. Et quia Catō his ornamenti mulieribus eō-  
cessis virorum libertatem in ringi contendebat,  
hoc refellit, & declarat maritorum imperium li-  
berum, etiam si lex petitionem concedat, eaque  
semper futurum.

X. In peregrinatione demulces viros dicitur orator  
feminarum, monitq[ue], ut malint uxores in ma-  
nu, & tutela habere, quam in seruicio.

Negare enim sunt amissi, sed thalamī socia.

Idcirco p[ro]celare animaduertit Proba Falconia,  
vbi agit de animalibus & conformatio[n]e ho-  
m[in]i. Queritur hinc aliis, nec quicquam ex  
agmine tanto.

Audet adire virum, & ocium que in regna uoca-  
ri.

Omnipotens genitor costas. & viscera nu-  
dat,

Harum unam iuueni laserum compagibus  
artis

Eripit, subitoque erit mirabile donum. Mulier ar-  
gumentum ingens.

gumentum  
ingens.

## GENVS DELIBERATIVVM.

Dissertationes.

Ex Quinto  
Curio.

## SCHYTAE LEGATI

Oratio.

Dissuadet Alexandro Imperij propagandę  
cupiditatem. Hac oratio parua mole,  
magna sensibus, plena sententiarum  
gemmis, inter eximias censeris potest.

**S**I Dij habitum corporis tui auditat[ur] animi  
sparem esse voluisse, orbis te non caperet,  
al[ia] era manu orsentem, al[ia] era occidentem cō-  
tingeres. Et hoc assequitur scire velles, vbi tantis  
numinis fulgor conderetur. Sic quoque concu-  
piscis, quae non capis. Ab Europa peris Asia,  
ex Asia transis in Europam.

Deinde, si humanum genus omne supera-  
ueris cum sylvis, & niubibus, & fluminibus, fe-  
rissque bestiis gesturas es bellum. Quid tu igno-  
ras magnas arboreas diu crescere, vna hora  
extirpari? Sultus est, qui fructus earum spectat,  
altitudinem non metitur: vide, ne dum ad cau-  
cum peruenire contendis, cum ipsis, quos  
comprehenderis, decidas.

Leo quoque aliquando minimarum auifū  
pabulum fit: & ferrum rubigo consumit. Ni-  
hil tam firmum est, cui periculum non sit, e-  
tiam ab inualido.

Quid nobis tecum est? nunquam terram  
tuā attigimus. Qui sis, unde venias, licet ignorare  
in vastis sylvis viuēribus? Nec seruit  
vlli possim⁹, nec imperare desideramus. Do-

ba